S. P. Mitto Augurellum: pro quo malim ipsam rem. Etenim in tantis versor angustijs, ut tantum non contabescam. Unde te prospiciam liberis grandescentibus? hi proventus non sunt tantis familijs pares. Me si Deus ad se evocet, quid coniugi, quid liberis fiat? sentio proceres indies teneriores. aliorè migrandum? ratio suadet, ut effugiam infamiam ejs dre alieno contractam, quod tamen adeo ingens non est, ut nec mediocri alicuius liberalis principis viri, neque benignitate dissolui. sed in bonis sublevandis, clamamus, inania esse omnia: in commessando, vel etiam in Pontificijs ornandis abunde est. Quo oculo hæc aquilinæ Pater ejs calo aspicis? Ad te redeo, ni frater; spe obiecta inductus sum, ut quædam carmina scriberem, quod te non latet. 26. Jun. scripsi. at spei alas incisas video. Bellicus in elocandis decimis paucis ait, se pro te gratum: ac si cum mancipio, non cum ingenuo sibi res esset. De M. Bodeckero decanq Colonens & nihil signat: Et quod ad Perevervia, etiam pexes te silentium est. Nuper fuit hic illud eruditionis domicilium D. O. Goldastus. qui me pro sua humanitate in suam amicitiam cooptavit. Cuius matri, Deo favente, parentabo, non immunis. is de te honesta prædicavit. Nonne per eum posset sterni via, ut purgentur fasces levarentur? tibi, quam mihi, familiarior est. si aures conciliare mihi prælicaret, equidem sublimiorem sidera vertice. Quidam etiam sarta ornatus est noster Dn. Conradus Nüschelerus Bulaci ad 26. Junij. Tu mihi tenebras discute; tibi enim omnia sint clariora. Vale. et vive ad nostrum commune emolumentum.

Bulaci. 27. Jul. 1602. T. frater. G. Gerbenius.

CL. V.
DN. Raphaeli Eglino, Tigurini.

Tigurij.

